

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 43. Regiorum epistola a Sorbonico Collegio jussu Legati damnata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

## §. XLII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1593.

*Catholicorum Regi additorum decla-  
ratio ad comitia per Tubicinem  
delata.*

Altera die vigesima octava ejusdem *Mem. de la  
Mensis*, seu tertiae Sessionis die ante *Lig. t. 4.  
Urbis portas Regius tubicen Carnuto  
adventans comparuit, qui ad civitatem  
admitti petebat, ut Belino Comiti Pa-  
risinæ Urbis Gubernatori quemdam lite-  
rarum fasciculum sibi commissum tra-  
dere posset, insuper palam afferuit,  
quod de Principum, & Præsulum re-  
giæ parti additorum declaratione apud  
Ordinum Conventum directe agere juf-  
sus fuisse. Re intellecta hic ad Guber-  
natorem deductus eidem literas con-  
signabat, ac studiose ea, quæ in illis  
continebantur, in vulgus spargebat:  
alii Belinus Comes hunc fasciculum ape-  
rire recusans illum ad Maduanum Du-  
cem detulit, hic autem convocatis fœ-  
deratorum Primoribus præfatum scri-  
ptum exhibuit, quod etiam illis præ-  
sentibus recitatum est.*

## §. XLIII.

*Regiorum epistola a Sorbonico Colle-  
gio jussu Legati damnata.*

Postea inter eos deliberatum, an huic *Thu. t. 10.*  
scripto sit respondendum, ubi col- *Cailliet t. 2.*  
lectis *Avit. t. 13.*

**Sæcul. XVI.** lectis ceterorum suffragiis Placentinus  
**A.C. 1593**

Cardinalis Papæ Legatus commotione  
 voce hoc scriptum primo aspectu per-  
 niciosum, atque impietatis, ac secta-  
 riæ pravitatis plenum pronuntiavit, ut  
 vero evidentius de eo constaret, quan-  
 doquidem ad fidem pertineret, ideo  
 negotium dedit delectis Sorbonæ  
 Theologis, qui hoc scriptum examina-  
 rent, & de illo censuram suam ferrent.  
 Id actum conventu in Sorbonica Schola  
 celebrato, ex cuius sententia adductis  
 in medium multis argumentis, exem-  
 plis, Scripturæ, ac Patrum testimo-  
 niis, pronuntiarunt, denuntiationem  
 illam absurdam, hæreticam, schismati-  
 cam, impietatis, & contra Ecclesiam  
 rebellionis plenam esse, eoque assere-  
 ret, hæretico relapso, damnato, &  
 extra Ecclesiæ communionem posito,  
 ad Regnum Christianissimum jus com-  
 petere, eum a Deo datum, eique obe-  
 dientiam jure naturali, ac legitime de-  
 beri, itaque propter hanc Doctorum  
 declarationem ad aliquot dies delibe-  
 rationes fuerunt suspensæ.

#### §. XLIV.

*Rationes illorum, qui ad Regiorum  
 epistolam responsum dari  
 petebant.*

Habi-